

105. Item si quis per populum sive apud praetorem vel apud praesidem provinciae adoptaverit, potest eundem alii in adoptionem dare.

106. Sed et illa quaestio, an minor natu maiorem natu adoptare possit, utriusque adoptionis communis est.

107. Illud proprium est eius adoptionis quae per populum fit, quod is qui liberos in potestate habet, si se adrogandum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris subicitur, sed etiam liberi eius in eundem fiunt potestate tamquam nepotes.

108. Nunc de his personis videamus, quae in manu nostra sunt. Quod et ipsum ius proprium civium Romanorum est.

109. Sed in potestate quidem et masculi et feminae esse solent; in manum autem feminae tantum conveniunt.

110. Olim itaque tribus modis in manum conveniebant, usu farreo coemptione.

111. Usu in manum conveniebat quae anno continuo nupta perseverabat; quia enim veluti annua possessione usucapiebatur, in familiam viri transibat filiaeque locum optinebat. Itaque lege XII tabularum cautum est, ut si qua nollet eo modo in manum mariti convenire, ea quotannis timoctio abesset atque eo modo usum, cuiusque anni interrumpere. Sed hoc totum ius partim legibus sublatum est, partim ipsa desuetudine obliteratum est.

112. Farreo in manum conveniunt per quoddam genus sacrificii, quod Iovi Farreo fit; in quo farreus panis adhibetur, unde etiam confarreatio dicitur; complura praeterea huius iuris ordinandi gratia cum certis et sollemnibus verbis praesentibus decem testibus aguntur et fiunt. Quod ius etiam nostris temporibus in usu est; nam flamines maiores, id est Diales Martiales Quirinales, item reges sacrorum nisi ex farreatis nati non leguntur; ac ne ipsi quidem sine confarreatione sacerdotium habere possunt.

113. Coemptione vero in manum conveniunt per mancipationem, id est per quandam imaginariam venditionem; nam adhibitis non minus quam v testibus civibus Romanis puberibus, item libripende, emit is mulierem, cuius in manum convenit.

114. Potest autem coemptionem facere mulier non solum cum marito suo, sed etiam cum extraneo; scilicet aut matrimonii causa

105. Se uno abbia adottato per mezzo del popolo, o davanti al pretore o al preside della provincia, può dare l'adottato in adozione ad altri.

106. Anche l'interrogativo se uno più giovane possa adottare uno più vecchio è comune ad entrambe le adozioni.

107. È specifico della adozione che si fa per mezzo del popolo, che se chi si dà in arrogazione ha figli in potestà, non solo si assoggetta lui alla potestà dell'arrogatore, ma anche i suoi figli vengono a trovarsi in potestà del medesimo, come nipoti.

108. Vediamo ora le persone che sono in nostra mano: anche questo è diritto proprio dei cittadini romani.

109. Mentre sogliono essere in potestà e maschi e femmine, in mano vengono solo le femmine.

110. Un tempo venivano in mano in tre modi: per uso, per pane di grano, per compra.

111. Per uso veniva in mano colei che rimaneva moglie per un anno ininterrotto: poiché infatti veniva usucapita come per anno possesso, passava nella famiglia del marito e otteneva il luogo di figlia. Perciò dalla legge delle XII tavole [451-450 a. C.] fu stabilito che, se una non volesse in tal modo venire in mano del marito, ogni anno si allontanasse per tre notti, interrompendo così l'uso anno per anno. Ma tutto questo diritto, in parte è stato tolto di mezzo da delle leggi, in parte cancellato dalla desuetudine.

112. Per pane di grano vengono in mano mediante un tipo di sacrificio che si fa a Giove Farreo [= granario]: nel quale si impiega un pane di grano ['farreus'], onde si dice anche 'confarreatio'. Molte cose inoltre con precise e solenni parole, presenti dieci testimoni, si fanno ed avvengono per ordinare questo rito: che anche al tempo nostro si pratica, in quanto i flàmini maggiori, cioè quelli di Giove, Marte e Quirino, e così i re dei sacrifici, non si scelgono che se nati da confarreati; ed essi stessi non possono avere il sacerdozio senza 'confarreatio'.

113. Per compra ['coemptio'] vengono in mano mediante mancipazione, cioè per una specie di fittizia vendita; ovvero, con l'impegno di non meno di cinque testimoni cittadini romani puberi, e di un libripende [= pesatore], colui, nella cui mano viene, compra la donna.

114. La donna può fare la 'coemptio' non solo col proprio marito, ma anche con un estraneo. La 'coemptio' la si dice fatta o per

coemptio  
matrimonii  
aut fideiucie  
causa

feminae  
in manu

108

109

coemptione

per panem

per usum

le femine  
in manu

per manum

per causam  
matrimonii  
fideiucie

facta coemptio dicitur aut fiducia; quae enim cum marito suo facit coemptionem, ut apud eum filiae loco sit, dicitur matrimonii causa fecisse coemptionem; quae vero alterius rei causa facit coemptionem aut cum viro suo aut cum extraneo, veluti tutelae evitandae causa, dicitur fiduciae causa fecisse coemptionem.

115. Quod est tale: si qua velit quos habet tutores deponere et alium nasci, illis auctoribus coemptionem facit; deinde a coemptionatore remanipata ei cui ipsa velit, et ab eo vindicta manumissa incipit eum habere tutorem, a quo manumissa est; qui tutor fiducarius dicitur, sicut inferius apparebit.

115<sup>a</sup>. Olim etiam testamenti faciendi gratia fiduciaria fiebat coemptio; tunc enim non aliter feminae testamenti faciendi ius habebant, exceptis quibusdam personis, quam si coemptionem fecissent remanipataeque et manumissae fuissent; sed hanc necessitatem coemptionis faciendae ex auctoritate divi Hadriani senatus remisit ...

115<sup>b</sup>. femina ... fiduciae causa cum viro suo fecerit coemptionem, nihilo minus filiae loco incipit esse; nam si omnino qualibet ex causa uxor in manu viri sit, placuit eam filiae iura nasci.

personae  
in mancipio

116. Superest ut exponamus, quae personae in mancipio sint.

117. Omnes igitur liberorum personae sive masculini sive femini sexus, quae in potestate parentis sunt, mancipari ab hoc eodem modo possunt, quo etiam servi mancipari possunt.

118. Idem iuris est in eorum personis quae in manu sunt;

— 5 —

118<sup>a</sup>. Plerumque vero tum solum et a parentibus et a coemptionatoribus mancipantur, cum velint parentes coemptionatoresque ex suo iure eas personas dimittere, sicut inferius evidentius apparebit.

manipatio

119. Est autem mancipatio, ut supra quoque diximus, imaginaria quaedam venditio; quod et ipsum ius proprium civium Romanum est, eaque res ita agitur: adhibitis non minus quam quinque testibus civibus Romanis puberibus et praeterea alio eiusdem conditionis, qui libram aeneam teneat, qui appellatur libripens, is qui mancipio accipit, aes tenens ita dicit *hunc ego hominem ex iure Qui-*

causa di matrimonio o a titolo fiduciario: colei che fa la 'coemptio' col proprio marito, per essere in luogo di figlia presso di lui, si dice che ha fatto la 'coemptio' a causa di matrimonio; quella invece che per altra ragione fa la 'coemptio' o col proprio marito o con un estraneo, ad esempio per evitare la tutela, si dice che ha fatto la 'coemptio' a titolo fiduciario.

115. Il che ha luogo così: se una vuol liberarsi dai tutori che ha, e ottenerne un altro, con quelli come venditori fa la 'coemptio'; poi, dall'acquirente rimancipata a chi lei vuole, e da costui manomessa per verghetta, viene ad avere per tutore colui dal quale è stata manomessa: tutore che è detto fiduciario, come più sotto [116<sup>a</sup>, 119<sup>a</sup>] si vedrà.

115<sup>a</sup>. Un tempo si addiveniva alla 'coemptio' fiduciaria anche per far testamento: allora, infatti, eccettuate alcune persone, le femmine non avevano diritto di fare testamento se non avessero fatto la 'coemptio', e fossero state rimancipate e manomesse; ma questa necessità di fare la 'coemptio', il Senato, per iniziativa del divino Adriano [117-138 d. C.], l'ha tolta. ...

115<sup>b</sup>. ... quella che ha fatto la 'coemptio' col proprio marito a titolo fiduciario, ciò nonostante viene a trovarsi in luogo di figlia: infatti se per una qualunque causa la moglie è in mano del marito, si è ritenuto che ottenga i diritti di figlia.

116. Ci resta da esporre quali persone siano in mancipio.

117. Tutti i discendenti, di sesso maschile e femminile, che siano in potestà dell'ascendente, possono da lui esser mancipati nello stesso modo in cui possono esserlo anche i servi.

118. Lo stesso vale per le persone che sono in mano; ...

118<sup>a</sup>. Per lo più, tuttavia, la mancipazione da parte degli ascendenti e degli acquirenti per 'coemptio' non si fa che quando costoro vogliono far uscire quelle persone dalla loro sfera giuridica, come più sotto [132-134, 137] meglio si vedrà.

119. La mancipazione, come abbiamo detto anche sopra [113], è una specie di fittizia vendita: il che è diritto proprio dei cittadini romani; e la cosa si svolge così: con l'impiego di non meno di cinque testimoni cittadini romani puberi, e inoltre di un altro della stessa condizione che sorregga una bilancia di bronzo e si chiama libripens, colui che riceve in mancipio, tenendo del rame, dice «io quest'uomo

le pers  
in man

le man

*titulum meum esse aio isque mihi emptus esto hoc aere aeneaque libra;*  
deinde aere percussit libram idque aes dat ei a quo mancipio accipit  
quasi pretii loco.

120. Eo modo et serviles et liberae personae mancipantur;  
animalia quoque quae mancipi sunt, quo in numero habentur boves,  
equi, muli, asini; item praedia tam urbana quam rustica quae et ipsa  
mancipi sunt, qualia sunt Italica, eodem modo solent mancipari.

121. In eo solo praediorum mancipatio a ceterorum mancipa-  
tione differt, quod personae serviles et liberae, item animalia quae  
mancipi sunt, nisi in praesentia sint, mancipari non possunt; adeo  
quidem, ut cum qui mancipio accipit, adprehendere id ipsum quod  
ei mancipio datur, necesse sit; unde etiam mancipatio dicitur, quia  
manu res capitur; praedia vero absentia solent mancipari.

122. Ideo autem aes et libra adhibetur, quia olim aeneis tan-  
tum nummis utebantur, et erant asses, dupundii, semisses, quadrantes,  
nec ullus aureus vel argenteus nummus in usu erat, sicut ex lege XII  
tabularum intellegere possumus; eorumque nummorum vis et po-  
testas non in numero erat sed in pondere ... asses: librales erant, et  
dupundii ...; unde etiam dupundius dictus est quasi duo pondo, quod  
nomen adhuc in usu retinebatur. Semisses quoque et quadrantes pro  
rata scilicet portione ad pondus examinati erant ... qui dabat olim  
pecuniam, non numerabat eam, sed appendebat; unde servi quibus  
pernitiatur administratio pecuniae, dispensatores appellati sunt et ...

123. — 2 — mancipati mancipataeve servorum loco consti-  
tuuntur, adeo quidem, ut ab eo cuius in mancipio sunt, neque here-  
ditatem neque legata aliter capere possint, quam si simul eodem  
testamento liberi esse iubeantur, sicut iuris est in persona servorum.  
Sed differentiae ratio manifesta est, cum a parentibus et a coemptio-  
natoribus isdem verbis mancipio accipiantur, quibus servi; quod non  
similiter fit in coemptione.

quomodo  
alieni iuris  
liberentur

124. Videamus nunc, quomodo hi qui alieno iuri subiecti sunt,  
eo iure liberentur.

125. Ac prius de his dispiciamus qui in potestate sunt.

per diritto dei Quiriti dico che è mio e mi sia comprato con questo  
rame e con questa bilancia di bronzo»; poi, col rame, percute la  
bilancia, ed il rame lo dà quasi in funzione di prezzo a colui dal  
quale riceve in mancipio.

120. In tal modo si mancipano schiavi e liberi; e nello stesso  
modo si sogliono mancipare anche gli animali che sono mancipi  
[= in assoluta proprietà], quali si ritengono i buoi, i cavalli, i muli,  
gli asini; e similmente i fondi sia urbani sia rustici, che, anch'essi,  
siano mancipi, quali i fondi italici.

121. La mancipazione dei fondi differisce da quella delle altre  
cose solo in ciò: che servi e liberi, e gli animali che sono mancipi,  
se non sono in presenza, non si possono mancipare; al punto che è  
necessario che colui che riceve in mancipio affetti ciò che in mancipio  
gli è dato, onde si dice mancipazione anche perché la cosa si prende  
con la mano. I fondi, invece, si sogliono mancipare non sul posto.

122. Rame e bilancia si impiegano perché un tempo ci si ser-  
viva soltanto di monete di rame, ed erano assi, dupondi [due assi],  
semissi [mezzo asse], quadranti [tre once], mentre nessuna moneta  
d'oro o d'argento era in uso, come possiamo capire dalla legge delle  
XII tavole; e il valore e potere di quelle monete non stava nel nu-  
mero, ma nel peso ... gli assi erano d'una libbra, e i dupondi (di  
due); e di qui il nome di dupondi, come dire due pesi: nome che è  
rimasto nell'uso. Anche i semissi e i quadranti erano valutati in rap-  
porto al peso: s'intende, proporzionalmente ... chi dava denaro, un  
tempo, non lo contava, ma lo pesava; onde i servi cui si concede am-  
ministrazione di denaro sono detti dispensatori [= buoni pesatori] ...

123. ... i mancipati o le mancipate sono posti in luogo di  
servi, al punto che non possono prendere né eredità né legati da chi  
li aveva in mancipio se contemporaneamente nello stesso testamento  
non ne sia disposta la liberazione, com'è norma in persona dei servi.  
Ma la ragione della differenza è evidente, in quanto dagli ascendenti e  
dagli acquirenti per 'coemptio' vengono dati in mancipio con le  
stesse parole usate per i servi; laddove non in simil modo si fa in  
sede di 'coemptio'.

124. Vediamo adesso in che modo coloro che sono soggetti  
all'altro potere da esso si liberino.

125. E prima guardiamo a coloro che sono in potestà.

come i  
a potere  
si liberano

servi

126. Et quidem servi quemadmodum potestate liberentur, ex his intellegere possumus, quae de servis manumittendis superius exposuimus.

liberi

127. Hi vero qui in potestate parentis sunt, mortuo eo sui iuris fiunt. Sed hoc distinctionem recipit; nam mortuo patre sane omni modo filii filiae sui iuris efficiuntur; mortuo vero avo non omni modo nepotes neptevae sui iuris fiunt, sed ita, si post mortem avi in patris sui potestatem recasuri non sunt. Itaque si moriente avo pater eorum et vivat et in potestate patris sui fuerit, tunc post obitum avi in patris sui potestate fiunt; si vero is, quo tempore avus moritur, aut iam mortuus est aut exiit de potestate patris, tunc hi, quia in potestatem eius cadere non possunt, sui iuris fiunt.

128. Cum autem is, cui ob aliquod malefícium ex lege Cornelia aqua et igni interdicitur, civitatem Romanam amittat, sequitur ut, quia eo modo ex numero civium Romanorum tollitur, proinde ac mortuo eo desinant liberi in potestate eius esse; nec enim, ratio patitur, ut peregrinae condicionis homo civem Romanum in potestate habeat. Pari ratione et si ei, qui in potestate parentis sit, aqua et igni interdictum fuerit, desinit in potestate parentis esse, quia aequae ratio non patitur, ut peregrinae condicionis homo in potestate sit civis Romani parentis.

postliminiani

129. Quodsi ab hostibus captus fuerit parens, quamvis servus hostium fiat, tamen pendet ius liberorum propter ius postliminii, quo hi qui ab hostibus capti sunt, si reversi fuerint, omnia pristina iura recipiunt; itaque reversus habebit liberos in potestate. Si vero illic mortuus sit, erunt quidem liberi sui iuris; sed utrum ex hoc tempore quo mortuus est apud hostes parens, an ex illo quo ab hostibus captus est, dubitari potest. Ipse quoque filius neposve si ab hostibus captus fuerit, similiter dicemus propter ius postliminii potestatem quoque parentis in suspenso esse.

130. Praeterea exeunt liberi virilis sexus de parentis potestate, si flamines Diales inaugurantur, et femini sexus, si virgines Vestales capiantur.

131. Olim quoque, quo tempore populus Romanus in Latinas regiones colonias deducebat, qui iussu parentis in coloniam Latinam

126. Come si liberino dalla potestà i servi, possiamo capire da quello che abbiamo esposto sopra [17, 21, 38, 41, 44] circa la loro manomissione.

127. Quanto a coloro che sono in potestà dell'ascendente, morto lui diventano giuridicamente autonomi. Ma qui bisogna distinguere: infatti, morto il padre, certo figli e figlie comunque diventano giuridicamente autonomi; morto però l'avo, i nipoti e le nipoti non diventano giuridicamente autonomi comunque, ma se, dopo la morte dell'avo, non dovranno ricadere nella potestà del padre loro. Pertanto se, morendo l'avo, il padre loro sia vivo, ed era in potestà del padre suo, allora, dopo la morte dell'avo, vengono a trovarsi nella potestà del padre loro; se questo invece, al tempo della morte dell'avo, o era già morto, o era uscito dalla potestà del padre, allora essi, non potendo ricadere nella potestà di lui, divengono giuridicamente autonomi.

128. Siccome colui che per qualche misfatto è in base alla legge Cornelia [82-67 a. C.] colpito da interdizione dall'acqua e dal fuoco perde la cittadinanza romana, ne consegue, poiché in tal modo è tolto dal novero dei cittadini romani, che i discendenti cessino di essere in sua potestà, come se fosse morto; né infatti sarebbe ragionevole che uno straniero avesse in potestà un cittadino romano. Per la stessa ragione, anche se da interdizione dall'acqua e dal fuoco fosse stato colpito chi sia in potestà dell'ascendente, egli cessa di essere in tale potestà, poiché ugualmente non sarebbe ragionevole che uno straniero fosse in potestà dell'ascendente cittadino romano.

prolli

129. Benché l'ascendente preso dai nemici divenga loro servo, la condizione giuridica dei suoi discendenti è in sospenso a causa del diritto di postliminio [= rientro nei confini], per cui i catturati dai nemici, se ritornano, riprendono in tutto la loro precedente posizione giuridica: e così il reduce avrà i discendenti in potestà. Se viceversa sia morto là, i discendenti saranno giuridicamente autonomi: ma si può dubitare, se dal tempo in cui l'ascendente è morto presso i nemici, ovvero dal momento in cui dai nemici è stato catturato. Anche se sia stato preso dai nemici il figlio o il nipote, diremo analogamente, a causa del diritto di postliminio, che anche la potestà dell'ascendente è in sospenso.

130. Escono, inoltre, i discendenti maschi dalla potestà dell'ascendente, se vengano ordinati flammini di Grove, e le femmine, se vengano prese come vergini Vestali.

131. Un tempo, altresì, e cioè quando il popolo romano deduceva colonie nelle regioni latine, coloro che con l'autorizzazione del-

nomen dedissent, desinebant in potestate parentis esse, quia efficerentur alterius civitatis cives.

132. Praeterea emancipatione desinunt liberi in potestate parentum esse. Sed filius quidem tribus mancipationibus, ceteri vero liberi sive masculini sexus sive femini una mancipatione exeunt de parentum potestate; lex enim XII tabularum tantum in persona filii de tribus mancipationibus loquitur his verbis *si pater filium ter venundavit, a patre filius liber esto*. Eaque res ita agitur: mancipat pater filium alicui; is eum vindicta manumittit; eo facto revertitur in potestatem patris; is eum iterum mancipat vel eidem vel alii (sed in usu est eidem mancipari) isque eum postea similiter vindicta manumittit; eo facto rursus in potestatem patris revertitur; tertio pater eum mancipat vel eidem vel alii (sed hoc in usu est, ut eidem mancipetur), eaque mancipatione desinit in potestate patris esse, etiamsi nondum manumissus sit sed adhuc in causa mancipii. — 5 —

132<sup>a</sup>. — 4 — feminae una mancipatione exeunt de patris potestate — 4 —

133. Adnomen autem sumus liberum esse arbitrium ei qui filium et ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem de potestate dimittere, nepotem vero in potestate retinere; vel ex diverso filium quidem in potestate retinere, nepotem vero manumittere, vel omnes sui iuris efficere. Eadem et de pronepote dicta esse intellegimus ...

134. — 2 — et duae intercedentes manumissiones proinde fiunt, ac fieri solent, cum ita eum pater de potestate dimittit, ut sui iuris efficiatur. Deinde aut patri remanecipatur; et ab eo is qui adoptat, vindicat apud praetorem filium suum esse, et illo contra non vindicant a praetore vindicanti filius addicitur; aut non remanecipatur patri, sed ab eo vindicat is qui adoptat, apud quem in tertia mancipatione est; sed sane commodius est patri remanicipari. In ceteris vero liberorum personis seu masculini seu femini sexus una scilicet mancipatio sufficit, et aut remanecipantur parenti aut non remanecipantur. Eadem et in provinciis apud praesidem provinciae solent fieri.

l'ascendente avessero dato il loro nome per andare in una colonia latina, cessavano di essere in potestà dell'ascendente, perché assumevano un'altra cittadinanza.

132. Inoltre i discendenti cessano di essere in potestà degli ascendenti con l'emancipazione. Ma il figlio esce dalla potestà con tre mancipationi, e gli altri discendenti, invece, sia di sesso maschile sia femminile, con una sola: infatti la legge delle XII tavole [451-450 a. C.] soltanto in persona del figlio parla di tre mancipationi, con queste parole: « se il padre abbia venduto il figlio tre volte, il figlio sia libero dal padre ». E la cosa si svolge così: il padre mancipa il figlio a uno; questo lo manomette per verghetta; ciò fatto torna in potestà del padre; il quale lo mancipa di nuovo o allo stesso o ad un altro (ma si usa manciparlo allo stesso), e questo poi analogamente lo manomette per verghetta; ciò fatto di nuovo ritorna in potestà del padre; per la terza volta il padre lo mancipa o allo stesso o ad un altro (ma si usa manciparlo allo stesso), e con tale mancipatione cessa di essere in potestà del padre, per quanto ancora non sia manomesso bensì sempre in condizione di mancipio. ...

132<sup>a</sup>. ... [Per l'argomento che era trattato in questa lacuna vedi *Epitome Gai (infra)* 1. 6. 4] Le femmine escono dalla potestà del padre con una sola mancipatione. ... [per l'argomento che era trattato in questa lacuna vedi *Epitome Gai (infra)* 1. 6. 5].

133. Dobbiamo però avvertire che è in libera facoltà di colui che ha in potestà un figlio e un nipote da questo, far uscire dalla sua potestà il figlio e trattenere invece il nipote; o, viceversa, trattenere in potestà il figlio e manomettere il nipote; oppure rendere giuridicamente autonomi tutti. Lo stesso intendasi per il pronepote. ...

134. ... (in caso di figlio dato in adozione) intervengono (tre mancipationi) e, interposte, due manomissioni, come suole avvenire quando il padre lo fa uscire dalla potestà perché diventi giuridicamente autonomo. Dopo, o viene rimancipato al padre, e da lui quello che lo adotta rivendica davanti al pretore che è suo figlio, e, non opponendosi il padre alla rivendica, il pretore assegna il figlio al rivendicante; oppure non viene rimancipato al padre, e chi lo adotta lo rivendica da colui presso il quale si trova per la terza mancipatione. Ma è certo più comodo rimanciparlo al padre. Nei confronti degli altri discendenti sia di sesso maschile che femminile, basta, s'in-

135. Qui ex filio semel iterumve mancipato conceptus est, licet post tertiam mancipationem patris sui nascatur, tamen in avi potestate est, et ideo ab eo et emancipari et in adoptionem dari potest. At is, qui ex eo filio conceptus est qui in tertia mancipatione est, non nascitur in avi potestate. Sed eum Labeo quidem existimat in eisdem mancipio esse, cuius et pater sit; utimur autem hoc iure, ut quamdiu pater eius in mancipio sit, pendeat ius eius; et siquidem pater eius ex mancipatione manumissus erit, cadat in eius potestatem; si vero is dum in mancipio sit, decesserit, sui iuris fiat.

135<sup>a</sup>. — 2 — nam ut supra diximus, quod in filio ... faciunt tres mancipationes, hoc facit una mancipatio in nepote.

136. — 9 —.

137. — 3 — mancipatione desinunt in manu esse, et si ex ea mancipatione manumissae fuerint, sui iuris efficiuntur.

137<sup>a</sup>. — 4 — filia quidem nullo modo patrem potest cogere, ciuamsi adoptiva sit; haec autem virum repudio misso proinde conpellere potest, atque si ei nunquam nupta fuisset.

personae  
in mancipio

138. Il qui in causa mancipii sunt, quia servorum loco habentur, vindicta censu testamento manumissi sui iuris fiunt.

139. Nec tamen in hoc casu lex Aelia Sentia locum habet. Itaque nihil requirimus, cuius aetatis sit is qui manumittit et qui manumittitur; ac ne illud quidem, an patronum creditoremve manumissor habeat. Ac ne numerus quidem lege Fufia Caninia finitus in his personis locum habet.

140. Quin etiam invito quoque eo cuius in mancipio sunt, censu libertatem consequi possunt, excepto eo, quem pater ea lege mancipio dedit, ut sibi remanciperetur; nam quodammodo tunc pater potestatem propriam reservare sibi videtur eo ipso, quod mancipio recipit. Ac ne is quidem dicitur invito eo cuius in mancipio est censu libertatem consequi, quem pater ex noxali causa mancipio dedit, veluti quod furti eius nomine damnatus est, et eum mancipio actori dedit; nam hunc actor pro pecunia habet.

tende, una sola mancipatione, e si rimancipano o non si rimancipano all'ascendente. Lo stesso suol avvenire anche nelle provincie, davanti al preside della provincia.

135. Il concepito dal figlio mancipato per la prima o per la seconda volta, per quanto nasca dopo la terza mancipatione di suo padre, è tuttavia in potestà dell'avo, e da lui, per ciò, può essere emancipato e dato in adozione. Ma il concepito dal figlio che è stato mancipato per la terza volta, non nasce in potestà dell'avo. Labeone giudica che sia in mancipio di colui nel cui mancipio è il padre; ma per noi vale il criterio che fin quando il padre è in mancipio, la sua condizione sia in sospeso: e che se il padre verrà manomesso dal mancipio, cada in sua potestà; se invece il padre, mentre è in mancipio, muoia, divenga giuridicamente autonomo.

135<sup>a</sup>. ... infatti, come sopra dicemmo, quel che riguardo al figlio fanno tre mancipazioni, lo fa una riguardo al nipote.

136. ...

137. ... (le donne con una) mancipatione cessano di essere in mano, e se dopo quella mancipatione siano state manomesse, divengono giuridicamente autonome.

137<sup>a</sup>. ... La figlia in nessun modo può costringere il padre («a manciparla»), anche se sia adottiva; invece («la donna in mano»), mandatogli il ripudio, può costringere il marito, come se mai gli fosse stata moglie.

138. Chi è in condizione di mancipio, poiché è considerato in luogo di servo, diventa giuridicamente autonomo con la manomissione per verghetta, per censo, per testamento.

139. In tal caso, tuttavia, la legge Elia Senzia non ha luogo. Non ricerchiamo affatto, per tanto, di che età sia chi manomette e chi viene manomesso; e neppure se il manomissore abbia un patrono o un creditore. E, in proposito, nemmeno ha luogo il limite numerico fissato dalla legge Fufia Caninia.

140. Addirittura anche contro il volere di quello che l'ha in mancipio può conseguire la libertà per censo; salvo colui che il padre diede in mancipio a patto che gli fosse rimancipato: infatti allora in qualche modo il padre risulta salvaguardarsi la potestà per il fatto stesso che lo riottiene in mancipio. Si reputa che non consegua la libertà per censo contro il volere di quello che l'ha in mancipio nemmeno chi fu dato in mancipio dal padre a causa di un danno, per esempio perché, condannato in rapporto a lui per furto, il padre lo

141. In summa adnoscendi sumus adversus eos quos in mancipio habemus nihil nobis contumeliose facere licere; alioquin iniuriam tenebimur. Ac ne diu quidem in eo iure detinentur homines, sed plerumque hoc fit dicis gratia uno momento, nisi scilicet ex noxali causa mancipentur.

142. Transeamus nunc ad aliam divisionem. Nam ex his personis, quae neque in potestate neque in manu neque in mancipio sunt, quaedam vel in tutela sunt vel in curatione, quaedam neutro iure tenentur. Videamus igitur, quae in tutela, quae in curatione sint; ita enim intellegemus ceteras personas quae neutro iure tenentur.

143. Ac prius dispiciamus de his quae in tutela sunt.

144. Permissum est itaque parentibus, liberis quos in potestate sua habent testamento tutores dare: masculini quidem sexus impuberibus, feminini autem sexus cuiuscunque aetatis sint, et tum quoque cum nuptiae sint. Veteres enim voluerunt feminas, etiamsi perfectae aetatis sint, propter animi levitatem in tutela esse.

145. Itaque si quis filio filiaeque testamento tutorem dederit et ambo ad pubertatem pervenerint, filius quidem desinit habere tutorem, filia vero nihil minus in tutela permanet; tantum enim ex lege Iulia et Papia Poppaea iure liberorum tutela liberantur feminae. Loquimur autem exceptis virginibus Vestalibus, quas etiam veteres in honorem sacerdotii liberas esse voluerunt, itaque etiam lege XII tabularum cautum est.

146. Nepotibus autem neptibusque ita demum possumus testamento tutores dare, si post mortem nostram in patris sui potestatem recessuri non sint. Itaque si filius meus mortis meae tempore in potestate mea sit, nepotes ex eo non poterunt ex testamento meo habere tutorem, quamvis in potestate mea fuerint; scilicet quia mortuo me in patris sui potestate futuri sunt.

147. Cum tamen in compluribus aliis causis postumi pro iam natis habeantur, et in hac causa placuit non minus postumis quam iam natis testamento tutores dari posse, si modo in ea causa sint, ut si vivis nobis nascantur, in potestate nostra fiant. Hos enim etiam

diede in mancipio all'attore: l'attore, infatti, ha lui al posto del denaro.

141. Infine dobbiamo avvertire che contro coloro che abbiamo in mancipio non ci è permesso far nulla di ingiurioso; se no, saremo tenuti per ingiurie. In quella condizione, poi, non si è trattiene a lungo: per lo più essa ha luogo pro forma, momentaneamente; salvo, s'intende, che la mancipazione non sia fatta a causa di un danno.

142. Passiamo adesso ad un'altra distinzione. Infatti, di quelle persone che non sono né in potestà, né in mano, né in mancipio, alcune sono sotto tutela, altre sotto curatela, altre in nessuna delle due condizioni. Vediamo dunque quali siano sotto tutela, quali sotto curatela: così ci renderemo conto delle altre che non rientrano in alcuna delle due condizioni.

143. E prima consideriamo quelle che sono sotto tutela.

144. È consentito agli ascendenti dare per testamento dei tutori ai discendenti che hanno in potestà: se di sesso maschile, in quanto siano impuberi; se di sesso femminile, indipendentemente dall'età, e perfino se si tratti di sposate. Vollerono infatti gli antichi che le femmine, anche se di età matura, fossero sotto tutela per la volubilità del loro animo.

145. Di conseguenza, se uno abbia dato per testamento un tutore a un figlio e ad una figlia, ed entrambi siano giunti alla pubertà, il figlio cessa di avere il tutore, la figlia invece, ciò nonostante, resta sotto tutela; le donne, invero, si liberano dalla tutela soltanto in base alla legge Giulia [18 a. C.] e Papia Poppa [9 d. C.], per il diritto che danno loro i figli. Il discorso esclude le vergini Vestali, che anche gli antichi vollero libere in onore del sacerdozio; e così anche dalla legge delle XII tavole [451-450 a. C.] fu disposto.

146. Ai nipoti e alle nipoti possiamo dar tutori per testamento solo se dopo la nostra morte non ricadranno in potestà del padre loro. Pertanto, se mio figlio al momento della mia morte sia in mia potestà, i nipoti che ho da lui non potranno aver un tutore dal mio testamento, benché fossero in mia potestà: in quanto, si capisce, morto io, verrebbero a trovarsi in potestà del padre loro.

147. Poiché in molti altri settori i postumi si considerano già nati, anche qui si è ritenuto che si possano dar tutori per testamento non meno ai postumi che ai già nati, purché la loro situazione sia tale che, se nascano essendo noi ancor vivi, si vengano a trovare in nostra